



DEO DUCE
DISPUTATIO JURIDICA VI.

IN
TITULOS LIBRI Vigésimi Octavi,
29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

DIGESTORUM
CUM COLLATIONE
JURIS SVECANI.

PRÆSIDE
VIRO Amplissimo ac Consultiss.
MICHAELE O. VVEXIONIO,
J. U. D. ac Juris, Poli: & Hist: in Academ.
CHRISTINÉâ Profess: laudatiss: Mes
sœnate ac Præceptore suscipiendo.

Authore & Resp.
ACOBO P. CHRONANDRO W.G.
Publicè Proposita addiem Junij Ann. 1650.

A B O Æ,
imprimebat PETRUS Wald/ Acad. Typ. A. 1650.


DN. CONSULIBUS
Inclytæ Civitatis VViburgensis,

*Gravitate, Splendore Prudentiæ, rerum
usu maximè conspicuis ac Politissimis VIRIS*

DN. JOHANNI | DN. JOHANNI
Schmedemann. | PLANTINO

DN. JOHANNI | DN. HENRICO
Köel. | Menschewer.

U T E T

*Speculatissimis ac integerrimis Viris,
Ejusdem Civitatis*

SENATORIBUS

*Prudentissimis, Solertissimis,
Meccenatibus & Fautoribus suis
honorandis, colendis;*

*Hocce Exercitium Juridicum in suis
commendationem officiose offert*

J. Chronander.

TRANSITIO.

Expositus Judicijs & Obligatio-
 nis ex rerum & personarum,
 inter vivos, contractibus, sequun-
 tur obligationes ex ultima volunta-
 te & successione: heres enim he-
 reditatem adeundo, quasi contrahit:
 tenetur enim ex quasi contractu le-
 gata prestare & obligationes here-
 ditarias prestare. L. 5. p. 2. ff. de
 Obl. & Act.

L. B. 28

Pars Quinta Di-
 gestorum.

THE S. I.

Successio est 2pl. Testamentaria
 quæ ultimâ voluntate perficitur,
 19 Crff: B. Et. 17. Jord: B. Et. 1.
 Vel ab Intestato seu legitima, quæ lege
 disponente fit. C. 1. 2. 3. 7. Et. 1. 2. St. 1.
 Crff: B. A 2 2. Te-

Tit: 1.

Qui testas
 menta faces
 re possunt
 & quemad-
 modum tes-
 tamenta fis
 ant C. 6. 22.
 Hereditas
 est 2pl. testa-
 mentaria vel
 ab intestato

2. Testamentum (*quasi testatio
mentis*) est voluntatis nostræ iusta (*i. e.
legibus conformis*) sententia, de eo,
quod quis post mortem suam fieri
velit. L. 1. arg. c. 9. §. 7. Giff. St. l. 17,
19, Giff. 17. Jord. St. l. 14. Kyrf. B.

3. Hodie duo sunt testam. gene-
ra *paganicum* vel *militare*; illud est
vel *solenne* seu *scriptum*, in scripturâ
relatum, vel *non scriptum* sive *nuncu-
pativum*, quod viva voce defuncti per
solam nuncupationem heredis, sine
scriptura, testib⁹ præsentibus tribus
fit. Cult. Jord: St. l. 14 §. 3. Kyrf: B.
Nihil attinet dicere de antiquis tes-
tamentorum tribus generibus sc. 1.
Calatis Comitibus, coram populo tem-
pore pacis. 2. *In Procinctu* quod in
bellum exituri condiderunt. 3. *Per
as & libram*, quod fiebat per mancipas-
tionem i. e. imaginariam venditio-
nem coram libripende i. e. ponde-
ratore.

4. In J. N. quid observandum
ut testamentum valeat, videlicet præ-
cipue

cipue C. 19. Erff. b. St. l. Quot verò
testes, sz tres ad minimū, requirun-
tur. vid: 17. Jord: St. l. 14. §. 3. Ryr.
B. Jus a. R. in testam. pagano exi-
git testes 7, ordinariè (nisi tempore
pestis) idoneos & quidem rogatos.

5. Condere testamentū possunt
in J. N. omnes utriusq̄ sexus. 19. Erff
St. l. in pr. nisi natura ut impubes,
etiam mente captus, l. 2. Nec non
mutus, sordus l. 6. (nisi permissio
principis l. 7.) Vel *Lege* ut filius fam.
servus, captivus prohibeatur. l. 6. 8. hic.

6. Testamenti factio non privati, sed pu-
blici iuris est. l. 3. Qui in potestate parentis est
testamenti faciendi ius non habet. l. 6.

7. Insuper ut testamenta vales-
ant attendendum, ne liberi, vel post-
humus prætereantur, c. 22. Ciff: B.
§. 17. St. l. l. 30. Sed vel instituantur
aut iuste ex heredentur, alioquin id
si expresse non fiat per oblivionem
omissi, & ex lege sui atq; nec filij
heredes habentur. arg: 8. 19. Erff: b.
St. l. & 10. §. 1. cod: 22. §. 17. St. l.
Ciff: B.

Wilman
eller Ros
na gōra tes
tament/
heel eller
suet.

Notabili-
ores leges

Tit: 2.
De Liberis
& posthu-
mis heredi-
bus institus
endis vel ex
heredandis
C. 6. tit: 28.
29.

8. In J. R. Nov. 115. c. 3. enumerantur 14. causæ exheredandi liberos, hæc verticulis comprehensæ.

Bis septem ex causis ex hæres filius effo:
1. Si Patrem feriat. 2. Vel maledicat ei.
3. Carcere conclusum si negligat. 4. aut furiosum.
5. Criminis accuset. 6. Vel pareat insidias.
7. Si dederit damnum grave. 8. Si nec ab hoste redemit.
9. Testarive veter. 10. Se societæ malis.
11. Si mimos sequitur. 12. Vitiæ cubile pateternum.
13. Non orthodoxus. 14. Filia si meretrix.
Num plures aut paticiores disceptatur.

Juxta ex heredationis causa in posthus mum aut infantem viz cadit.

9. In genere est notabilis ingratitude. Ex J. N. speciales sunt 1. Si Filia contra voluntatem Parentis nupserit. C. 3. §. 1. & C. l. Offi B.
2. Adulterium. 11. §. 10 C. l. Cust.
3. Suprum Nobilis Virginis aut viduz & conjugium cum plebejo. 22. §. 1. Cong: B. §. 4. priv: Nob: 4. Hæresis. 211: 10. Recess: Ochr. 5. Cades conjugis aut etiam liberorum. 11, 12. C. l. B. §. 19, 20. Edjor: B. C. l. 6. Proscriptio perpetua, ubi & proscriptus ejusq; liberi post proscripti

scriptionem concepti excluduntur,
8. *Griff: b. l.* 7. Crimen lætæ Ma-
jestatis, 6, 7, *St: l.* 8, 9, *l.* Högm: *B.*
vid: *Consult: Lacceny Syn. juris*°.

10. Principale ius est de liberis heredibus
instituendis, vel ex heredandis, ne præteritis istis
rumpatur testamentum, nem filio, qui in potestate
est, præterito, inutile est testamentum., l. 30. Ex-
rupto autem testamento nihil deberi, neq; peti
posse, explorati iuris est, l. 1, cod.

Not. Leg.

11. Sequitur quomodo infirma-
tur testamentum *iz injustum* i, e, jure
non factum testibus sufficientibus
& juris solemnibus destitutum., l. 1.
rumpitur quod in eodem statu manen-
te testatore rumpitur, ut agnatione
sui heredis i, e, posthumi, l. 3. Quod
etiam apud nos fieri docent exem-
pla., Vel posteriori testamento
perfecto. *Irritum* verò dicitur, te-
statore capite minuto, l. 6, §. 5. Te-
stamento infirmato ab intestato suc-
cessio datur, arg: cit: c. 19. *Griff: B.*
St. l.

Tit: 3.
De in iusto
rupto & ir-
rito facto te-
stamento.

12. Invalidum etiam testamen-
tum

Tit: 4.

De his qui in testamento delentur inducuntur vel inferiuntur. tum redditur si consultò & animo revocandi quid à testatore sit lituris deletum, inductum, inscriptum, vel certis notis cancellatum, ut scriptura turbetur aut legi nequeat, l. 1.

Not. Lex 13. Quod incaute factum est hic pro non facto est, si legi potuit. L. 1. p. 1.

Tit: 8. 14. Heredis institutio est designatio successoris in testamento facta. arg: Cap. 17. Jord: B. St. 1.

De heredib. institutendis C. 6. 2. 27. 15. 1. Aut est universalis, de tota hereditate, aut ejus parte. 2. *Necessaria*, de ijs quibus querela inoff: testam. competit, vel *voluntaria* de omnibus cæteris. *Pura vel condicionalis. Directa vel obliqua*, quæ sit

Omnes heredes qui non sunt in potestate & familia defuncti extranei vocantur inst. codicillis & fidei comisso, vid: h. t.

16. Instituire possunt, quibus est *activa*, institui (unus vel plures) quibus est *passiva testamenti factio* h. e. qui ex testamento jure capere possunt. Excluduntur hæretici liberi, incestuosi, Nov: 89. c. 15. damnati in metallum. &c.

17. Heredes olim alij *Necessarij*, ut testatoris servi instituti, qui adire

cogebantur, alij sui necessarij sive domestici, ut testatorē proximo gradu attingētes, & ejus potestati, dum moriebatur, subjecti, quales liberi, &c.

18. Solemus dicere: media tempora non nocere. l. 5. Secunda scriptura potior erit, plenior enim est, quā prior. l. 47.

Not. Leges

19. Institutio strictē est primi, substitutio alteriōris gradus, unde heredes instituti vel substituti, l. 1.

20. Substitutio nihil aliud est quā cum quis secundo vel alteriore gradu heres instituitur. *Consultiss. Præter disp: Jurid: Tertia arg: cap: 19. Criff: B. St. l.*

Tit: 6.

De vulgari & pupillari substitutio: ne cod: 6.

26.

21. Est vel *vulgaris*, dicta quod locum habeat inter quascunq; personas puberes & impuberes extraneos vel suos heredes E. g. si hic noluerit aut non potuerit meus heres esse, sit ille; vel *Pupillaris* facta tantum liberis in potestate existentibus E. g. meus filius heres esto, si autem ille in pupillari ætate decesserit vel si major, sanæ mentis (quæ dicitur

quasi pupillaris) non compos fuerit, Titius mihi succedet.

Notabilior Lex. 22. Testamento iure factio multis institutis heredibus, & invicem substitutis: aduentibus suam portionem etiam invidis, cohæredum repudiantium accrescit portio l, 6, cod.

Tit: 7. 23. *De conditionibus institutionum.* Instituantur heredes vel pupillari vel sub hac vel illa conditione. E. g. si id feceris, eris meus heres.

24. Condicio est modus, qui suspendit actum, donec eo existente, confirmetur.

25. Est possibilis, quæ iterum potestativa aut casualis, vel impossibilis lege de facto aut natura, item turpis aut honesta.

Not. legor 26. Sub impossibili conditione vel alio modo factam institutionem placet non vitari, l, 1. Conditions quæ contra bonos mores inferuntur, remittendæ sunt, l, 9.

Tit: 8. 27. *De jure doli liberandi.* Ne plus damni, quam lucris, propter latens debitum, heres sibi ignoranter adisceret, introducta olim fuit cretionum condicio, quæ testator præcipuè centum dierum spatium heredi permisit secum deliberandi, num ipsi placeret hereditatem adire

adire, vel non, quâ postmodum abo-
lita, Justinianus, siue testator conce-
sit vel non, certum tempus, ordinariè
novem menses (rarò ultra ne actio-
nes creditorum nimium protraherentur)
deliberandi indulgit. cod:
hic.

28. Cum dicit tempus, nec adijcit diem, si-
ne dubio ostendit esse in ius dicentis potestate,
quem diem præstituat, l. 1.

29. Hactenus præcipuè de Paga-
na testamento, qui à paganis extra
militiam degentibus pericitur; hic
de militari à milite in expeditione fa-
cto, quod propter occupationes mi-
litum publicas & præsumptam juris
ignorantiam tot solemnitates non
requirit, puncto 3. Jur: mil: sed con-
tentū nudâ testatoris voluntate, l. 1.

30. Quædam hic peculiaria oc-
currunt: accuratè non attenditur te-
stator an mutus, surdus l. 4. nec de
testamenti activa l. 11, §. 1. nec pas-
siva factione l. fin: cod: hic, cum ta-
men exceptione. l. 41. §. 5. hic.

31. Hoc valet in expeditione &
pro

*Notabili-
or lex.*

LIB. 29.

*Tit: 1.
De Testa-
mento mi-
litari, C. 62
tit: 21.*

prociñctus, aliàs extra militiam, mi-
les jure utetur communi iust: h. t.
Sic quoq; apud nos quo ad causas ci-
viles militiam non spectantes, art:
19. Rätteg: Ordin.

Not. leges 32. Milites faciunt testamenta quomodo
valent, quomodo poterint, sufficiatq; ad bonorum
suorum divisionem nuda voluntas testatoris l. 1.
Testamenta eorum, qui ignominia causa missi
sunt, statim desinant militari iure valere. l. 26.

Tit: 2. 33. Institut⁹ heres hereditatem
De Acquis adibit, vel oportune repudiabit.
renda vel a- Hereditas acquiritur vel amittitur
mittenda solo animo s⁹ fin. instit: de hered.
hereditate, qual. Acquiritur hereditas præter
C, 6, 31, jus hereditandi, etiam emptione.
arg: c. 15. §. 9. Kong: B. St. L.

Notabili- 34. Semel adita hereditas repudiari nequit,
ores leges. & semel renantiata amplius adiri non potest. l. 4.
& 6, Cod: hic. Quamdiu prior heres institutus
hereditatem adire potest, substitutus non potest. l. 3.
Sed si quis ex pluribus partibus in eiusdem heredi-
tate institutus sit: non potest quasdam partes re-
pudiare, quasdam cognoscere, l. 2. More no-
stræ civitatis, neq; Pupillus neq; pupilla sine tuto-
ris authoritate obligari possunt, Hereditas autem
quod obliget nos æri alieno, etiamsi non sit solvens
do, plus quàm manifestum l. 8. apud nos vulgò
etiã dicitur, *Erstwas es Pening oe betala Etjo.*

Nemo

Nemo in adire hereditatem cogitur, itaque; jus deliberandi conceditur; sed aditâ hereditate successit in locum defuncti, cuius personam repræsentat, unde ad ejs obligationes præstandas se astrinxit. Et quem sequuntur commoda, eum & sequentur incommoda.

37. Sublata lege Papia, (quâ heres tantum ex asse) heres & ex asse & parte, hereditatem adire potest clausis tabulis, omnibus tamen quorum interest, tabulæ aperiendæ (intra quintum, à morte testatoris, diem in presentia testium, ut suas manus & sigilla agnoscant l. 2. §. ult.) publicandæ, copiæq; inspiciendi, describendi concedenda.

38. Viventis testamentum non est aperiendum, ex l. 2. p. 4. Publicè expedit suprema hominum iudicia exitum habere. l. 5.

39. Hic Prator voluntates defunctorum tuetur & eorum calliditati occurrit, qui omisâ successione sibi ex testamento delata, ab intestato, & sic titulo universalis vel alio modo pro emptore, dote & hereditatem.

Tit. 3.
Testamenta quemadmodum aperiuntur, inspiciantur & describuntur, c. 6. §. 2. 80

Not. leg.

Tit. 4.
Si quis omisâ causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat Cu. 6. 89

ditatem totam vel ejus partem possi-
dent, cum in finem, ut eos circum-
veniant, quibus quid ex judicio des-
suacti deberi potuit, si non ab inter-
stato possideretur hereditas. Talis
hic tenetur actione utili legatarijs &
fideicommissarijs perinde ac si he-
reditas ex testamento adita esset, vid:
Wes: l. 1. cod: hic.

40. Promiscuè relicta non sunt
Tit: 5. præstanda, quidam quippe illis se in-
De S.C. Sil- dignos reddunt, quales sunt ij, qui
laniano & in hoc S.C. committunt. Quo ca-
Claudio vetur ne testamentum testatoris oc-
quorum re- cisi (Putat vi, non clam, illud idcirco qui
stamenta a- auxilium Domino non tulerunt, quoties
periantur. potuerunt ei adversus vim opem ferre; hoc
C, 6, 35. a. quia nihil potuerunt adversus clande-
stinas insidias L. 1. §. 17.) aperiatur
publicetur, aut dolo malo describi
permittatur, priusquam de familia
necati quaestio fuerit habita ac no-
xij (i.e. qui necarunt, vel qui cum possent
opem non tulerunt l. 19. hic) poenam lu-
erint. Simodo heres vel legatarius
dolo

dolo malo sciens (aliter verò si non dolo vel per imperitiam l. 3. §. 22.) in hoc S. C. peccaverit, & hereditas & legatum confiscatur. Et introductum est hoc S. C. ut tuta maneat domus tam ab extraneis quam domesticis. l. 1.

41. Heredi mortis defensio incumbit, l. 5. Et heredibus qui in ulciscenda morte defuncti cessaverant, tam testamento quam ab intestato auferuntur bona. Item Poena unius non debet esse premium alterius. L. 15.

Not. leges

42. Prohibens defunctum, cum vellet testamentum mutare vel aliud condere, & cogens testari, ut se heredem faceret, hereditate carebunt. quibus exclusis est loco si-
scus l. 1. qui & remotiores agnatos excludit. ne poena unius sit alterius premium. l. 15. de S. C. Sill: & Claud. maritus verò ubi uxorem alliciendo ab ea heres instituitur. hic non tenetur l. 3. hic.

Tit: 6.

Si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit. c. 6, 34.

43. Codicilli sunt imperfectius testamentum, & hic accipiuntur pro scriptura, (sine scripto sola voce im-

Tit: 7.

De Jure Codicillorum, c. 6, 36.

pro.

propriè codicillus dicitur) quâ moriens coram 5. testibus breviter sine testamenti perfecta solennitate aut directa heredis institutione (unde 2 pl. differunt à testamentis) testatur de eo, quod post mortem suam fieri velit. Wesemb.

Not. leges

44. Consciuntur Codicilli 4. modis, aut in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum testamento facto aut sine testamento, L. 8. Codicillorum ius singulare est, ut quæcunq; in his scribantur, perinde haberentur, ac si in testamento scripta essent, L. 2, p. 2.

LIB. 30.

De Legatis & fidei commissis cod. 6, tit. 37, 42, 43.

45. Hactenus de testamentis & Codicillis, quibus bonorum universitates, nunc quomodo res singulae per legatum & fideicommissum transferuntur, idq; 3 bus lib.

A VVes: quod legis modo imparative & directis verbis testamēt eo relinquitur.

46. Legatum est donatio quaedam à defuncto relicta, ab herede præstanda. Florentino est delibatio præcipuè hereditatis, quâ testator ex eo quod universum heredis foret, alicui quid collatum velit.

47. Fidei commissum est liberalitas quâ quid præcativè i. e. verbis præcarijs, testamento, Codicillis vel alio modo relinquitur,

48. Quam

48. Quamvis legata & fideicommissa parum differant: dicit enim Ulp: per omnia esse exaequata legata fideicommissis, dicunt tamen J. Cti illa praecipue sequentibus modis distare. 1. Illa sunt legis modo & imperativè, ut do, lego, Hac precariò, non ita ex juris vinculo aut rigore, sed fidei & pudori eorum committuntur, qui ea praestare rogantur. Ut rogo, peto des, cupio des, credo te daturum l. n. hic. tuæ fidei mando. 2. Fideicommissa ab intestato relinqui possunt, legata non item, inst. de fideicom. ha red. 3. Legatum saepe significat fideicommissum, non ita vice versa. Pac. 4. Illa tantum haeres, hæc etiam legatarius, fideicommissarius, mortis causa donatarius relinquere potest.

49. Legari possunt res omnes, quæ sunt in commercio hominum, modo non sint ipsius legatarij. Et ex J. R. siue eæ sint testatoris, siue heredis, siue alienæ; has enim legatas

De Rebus
legatis.

Legato-
rum olim
4 fuit ge-
nera 1. per
vindicatio-
nem 2. Da-
natione.

B

redie

g. Sinendi redimere hæres cogitur, aut æstimari modo. 4. per præceptionem. tionem solvere. Inst: h. t. non solum &c. quæ tamen ꝑ operosa indiget probatione. vid. Schot. ad ff.

Not. Lex 50. Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare legatum non potest. l. 38.

LIB. 31. 51. De personis. Re. & elegant & Tit: 1. fideicommittunt, qui legitimè testantur rectèq; ijs legatur, quibus est testamenti factio passiva. Inst.

De Legatis & fideicommissis.

52. Hic de verborum significatione, à quorum proprietate non recedendum, nisi manifesta sit testatoris voluntas. l. 69. in pr. de quâ, si constet, tunc illa verborum proprietati præpolec. *Not.* voluntates defunctorum non esse strictè, sed latius & plenius interpretandas. l. 12. ff. de R. J.

Not. lex. 53. Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis questio. l. 24.

LIB. 33. 54. Legatorum annuorum & menstruorum similis ferè invenitur Tit: 1. expositio, nempe primi anni legata sunt pura, quod initio anni & mensis debeantur, sequentium condicio

De Annuis & mensuris legatis & fideicommissis.

ualis.

alia, nomine alimentorum sub hac
absq; dubio tacita conditione, si le-
gatus superstes fuerit, quo mors
tuo, ad ejus heredes legatum non
transit. l. 4. Præsumitur enim soli
legatario prospexisse. *Not:* quonia-
am hæc legata initio annorum de-
bentur, itaq; quamvis legatarius an-
te finem anni decesserit, tamē relin-
quit suis heredibus actionem ad tot-
ius anni legatū capiendum. l. 58. hic.

55. Annuis legatis familia (*licet nō
per omnia*) dicuntur legata usus, usufru-
ctus, habitationis, operarum. l. 2. 2.
hic (*de quibus omnibus Diss. 3tia ad rem*)
quippe & hæc & non modo padio-
nibus & contractū. 20. Jord: B. l. 1.
Cmā som &c. 10. B. B. St. l. Sed &
testamento. arg: Cap: ult: Jord B. St. l.
Constituantur & legantur inst: de usuf.

56. Nec usufructus mineri, actus, viz,
aque ductus legari potest: quia servitus servitutis
esse non potest. l. 1.

57. Legantur etiam, vel principi-
paliter vel in consequentiam servitu-
tes reales h. t. (*quæ etiam Diss. 3tia expo-*

Tit: 2.
De Usu &
usufructu &
reditu & ha-
bitatione &
operis per
legatum vel
ideicom-
missum da-
tis.

*Notabili-
or lex.*

Tit: 3.
De Legatis
servitutibus

sita (E.g. Viam, iter, actum, jus signi
immitte di. &c. tibi lego.

Tit. 4.
De Dote
prelegata

38. Quamvis uxor post mortem
mariti dotis domina sit, tn. dotem
Niedh Giffte hemfolgd/ 12, 13, 14, & l. 6.
12. Et. l. Giffte B. hic maritus uxori
recte legat. Hic dicitur Dos relega-
ri, quia uxori restituitur, vel praele-
gari uxori (i.e. ante illud tempus legari
quo antea peti poterat) Not: Dos rele-
gata pleni⁹ & citius, sz statim a mor-
te mariti peti potest, quam aliã per
actionem dotale, si legata non esset,
nec ita hoc legatum, ut quædam cæ-
tera, per legem Falc., minuitur. l. 57.
ad legem falc.

Tit. 5.
De Optione
vel electio-
ne legata.

39. Optio vel electio ordinariè le-
gatario competit, nisi specialiter tes-
tator heredi electionem permiserat
L. 2. V.g. Si genus relicum sit, indi-
viduo non determinato, nec optio-
ne à testatore legatario data, utpote
equum quendam, taurum ex toto
grege sumendum tibi lego, hoc in
casu est legatarij electio, ut eligat
quem

quemcunq; voluerit, tùm in favorẽ
ultimæ voluntatis, (quæ rata habenda
arg: Cap: ult: Jord. Et. 1) Tùm quod
actio in rem legatario concessa, ex-
plicari nequit, certâ non monstratâ
re, quæ petitur.

60. Options legatâ, placet non posse ante
aditam hereditatem optari: & nihil agi, si optas
retur. L. 16.

61. Possunt & res fungibiles lega-
ri, ut frumentum, Vinum (i.e. omne
ex vinea natum) l. 9. Expressâ â te-
statore quantitate vel certâ mensurâ
vini, E.g. duas amphoras vini do, le-
go, omisâ qualitate, nec options
concessâ, electio est heredis, cuius
generis triticum vel vinum solvere
legatario velit. l. 4. Si verò certâ qua-
litas exprimatur, non adjectâ quan-
titate, E.g. heres meus damnas esto
huic dare triticum, vinum, oleû &c.
tunc non quantum vult heres, sed o-
mne ejus generis, quod testator te m-
pore mortis reliquit, legatum puta-
tur. l. 7. *Indefinita quippe oratio a-
quipollet universali.*

Not. Lex

Tit: 6.

*De Tritico,
Vino vel o-
leo legatis*

Tit: 7. 62. Instrumentum fundi, & diu-
Do Instru- & c, est apparatus rerum diutius mā-
cto vel ins- surarum, sine quibus possessio exer-
trumento ceri nequit ex l. 12.
legato.

Instrumen-
ta prædii di-
cuntur etiā
hic dotes
prædiorum

Tit: 8. 64. Si seruus legatur, non inclus-
Do Peculio ditur peculium (de quo videbis Disp.
legato, 4tam) nisi expressè nominetur, l. 24.
Peculio verò legato, deducit heres,
quod testatori vel sibi debetur.

Not. lex. 65. Quæ accessionum locum obtinent,
extinguntur, cum principales res preceptæ fue-
rint. L. 2.

Tit: 9. 66. Per penum strictè intelligen-
Do penule- da veniunt ea esculenta & potulenta
gato, quæ non quotidie cœnæ causâ appa-
rentur, sed ad futurum usum intus
reconduntur, quo tamen legato:
*Quoniam ultimarum voluntatum beni-
gnior & plenior est interpretatio, conti-
nentur, quæ esui potuiq; sunt, l. 3. in*

pr. c. 1111

pr. etiam ista vasa penuraria, sine quibus penus recte haberi nequit, nisi testator contrarium disponat.

67. Non omne quod bibetur in penu habetur, alioqui necesse est, ut omnia medicamenta, quæ biborentur, contineantur. Itaq; ea demum penoris sunt, quæ alendi causa biberentur, l. 5.

68. Supellex est domesticum patrisfam: instrumentum, quo comprehenduntur omnes res mobiles l. 2. quæ ad comunem usum familiae sunt paratae, & in aliam speciem non cadunt, l. 6.

69. Prior atq; potentior est quàm vox, mens dicentis l. 7. Unde potior rerum, quam verborum habenda ratio.

70. Per legata alimenta continetur omnia cibaria, vestitus, habitatio &c. sine quibus quis ali non potest, l. 6. Nomine cibariorum si ve diariorum venit cibus quotidianus, non habitatio, aut vestimenta, l. 21. nec quæ ad disciplinam spectant.

71. Nihil hic peculiare occurrit, nisi quod hæ res legentur, itaq; non opus morâ.

72. Testator creditor etiam suis

Not. Lex

Tit: 10.
De Supelle-
ctile legata.

In rebus
mobilibus
non animia-
libus consu-
tit.

Not. Lex.

LIB. 34.

Tit: 1.
De alimentis
vel cibariis
legatis.

Tit: 2.
De Aureo
argento
mundo, orna-
mentis,
veste & ita
tis legatis.

Tit: 3.

De Libera-
tione legat
12.

debitoribus liberatio, vel totaliter
vel partialiter à debito, legari potest.
quod varijs contingit modis, vel ex-
pressis verbis, vel Chirographi dati-
one, vel si heres damnetur non age-
re, l. 3. ad tempus vel peræternum.
Inst: de leg. & liberatione legatâ, te-
netur heres legatarium acceptilatio-
ne liberare. leg: 3.

Tit: 4.

De Adimen-
dis vel trans-
ferendis le-
gatis vel fi-
deicommissis.

23. Quoniam sententia suprimi
iudicij ambulatoria est ad mortem, i-
deo legata *vel* amittuntur; utpote
legatario legato se indignum reddente,
conditione sive causâ legati defi-
ciente, & c. *Vel* adimuntur, idq; ex-
pressè, ut nolo legare. l. 2, 3. Aut taci-
tè, præsumptâ voluntatis testatoris
mutatione, nempe si testatori cum
legatario gravius intercesserit ini-
micitia, nec reconciliatione sopita.
l. 3. §. ult. *Vel* rem legatam aliena-
verit, aut alijs donaverit. l. 18. *Not:*
dicunt J. Cti voluntatè ultimâ nullâ
obligationem inducere ante mortem,
quâ sola confirmatur; quamvis in-

Huc usq; de
utilibus le-
gatis, sequitur
tur quomodo
irrita red-
dantur præ-
cipue 7. de
causis.

1. *Causa*

ter vivos & in donationibus non
mortis causam factis, secus servetur.

74. Ambulatoria est voluntas defuncti usque
ad vitæ supremum exitum. l. 4. Nihil prohibet
priorem scripturam posteriore corrigere, commus-
tare, rescindere. l. 17.

*Notabili-
ores leges*

75. Infirmatur quoque legatum
per scripturam dubiam, cum dubi-
tatio ex comoda interpretatione tol-
li nequeat. E.g. Si in scriptura no-
men legatarii sit exclusum.

Tit: 5.
De Rebus
dubis, cod.
6. 23.

2. Causa.

76. In ambiguo sermone non utrumque dici-
mus, sed id duntaxat quod volumus. Itaque qui
aliud quam vult dicit: neque id dicit, quod vox si-
gnificat: quia non vult? neque id quod vult: quia id
non loquitur. l. 3. Ambiguam orationem inter-
pretari debemus, potius ut actus valeat, quam pere-
at. ex l. 24.

*Notabili-
ores leges.*

77. Ante Justinianum legata pœ-
næ nomine relicta (i.e. ut heres coër-
ceretur. E.g. heres meus si hoc vel
illud fecerit vel nisi hoc fecerit, cen-
tum taleros, quod legatum est, l. l.
huic dare damnas esto) irrita habe-
bantur per Antonij Pij institutionem;
tunc quod legata favore legatarii, non
odio heredis relinquenda, Accedit &
illud, jura testamentorum, non pœ-

Tit: 5.
De His que
pœnæ causa
relinquun-
tur. cod. 6.
40.

3.
4. *Causa.* narum irrogandarum, sed benevo-
larum voluntatum contestandarum
causa inventa esse, Justinianus tr.
cod. hic & in inst. de leg. §. ult. hu-
jusmodi legata vult rata nisi impossi-
bilia vel in probos mores aut leges
impingant.

Tit. 7. 78. Definitum est hic, quod legata
De Regula tēpore conditi testamēti inutilia. ex
Catoniana. post facto nō possint cōvalere. l. 1.

Quoniam quod ab initio nullum est
tractu temporis non coalescit. l. 30,
de R. J. quæ regula in legatis puris
ijsq; quorum dies à tempore mortis
cedit, non ita conditionalibus (*quia
horum dies non cedit à morte testatoris,
nec exinde pendent, sed ex tempore con-
ditionis existentis*) nec ijs quorum dies
ab adita hereditate cedit. l. 3, 4, hic.

4. *Causa.*
Tit. 8. 79. Pro non scriptis habentur,
de His quæ pro nō scri- quæ intelligi nequeunt. Item relicta
ptis habentur. mortuis, damnatis in metallum, ser-

3. *Causa.* vis pœnæ, incapacibus, l. 2, 3.
80. Quibusdam legata tanquam
Tit. 9. indignis auferuntur, utpotè ijs, qui

occiderunt defunctum, arg: 11. 12. §. 10. Et. l. Erff. B. 19. 20. Ed; B. Et. l. Vel causa mortis praeberunt. l. 3. vel eius nomen infamarunt, & vel male dixerunt &c aut alijs modis notabiliter ingrati extiterunt, quae legata postmodum fisco, ut plurimum, adjudicantur..

81. Eis, qui mortem uxoris non defendat ut indigno dos auferatur, l. 29.

82. Non modo purè, sed & incertum vel incertum, aut sub conditione (E. g. Si hoc vel illud effeceris) tacitâ vel expressâ legata relinquuntur l. 1. & non expletâ conditione, nisi turpis vel impossibilis, deficit legatum.

83. Annectuntur & legatis demonstratio, causa, modus.

84. Demonstratio est significatio accommodata rei legatæ. Not: Hæc factam, non futuram rem demonstrat, ad præsens & præteritum, non futurum tempus, ut conditio, refertur.

85. Causa est quæ testatorem ad legandum impellit. E. g. fideliter mihi infero

de Hiis quæ ut indignis auferuntur. cod: 6, 35.

6. Causa

Not. Lex

LIB. 15.

Tit. 4.

de Conditionibus & demonstratiombus & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. cod: 6, 40, 45, 46.

6, 40, 45, 46.

7. Causa

hi inservisti, itaq; tantum tibi lego.

Modus pro
et. ad. hinc
habetur.

86. *Modus* est adjectio, quæ ostendit, quid testator velit, ut legatarius propter legatum faciat, E.g. Sempronio hoc modo centum aureos lego, ut post mortem meam meorum liberorum curam agat. Lib. 1.

Not. leges

87. Obtinuit impossibiles conditiones Testamento adscriptas pro nullis habendas, l. 3. Non dubitamus quin turpes conditiones remittendæ sunt, l. 20. Multum interest conditio facti an iuris esset, l. 21.

Tit: 2.

Ad Legem
Falcidiam
cod: 6. 49.

Est plebiscitum
a Falcidiorum
tribuno
plebis.

88. Ex lege Falcidia: primò confirmatur testandi facultas. secundò unà etiam coërcetatur & limitatur ea facultas, ne in præjudicium heredum legata extendantur, & heres propter nullum vel minimum lucrum nomen heredis habeat.

89. Cautum itaq; hic est ne testator plus quàm dodrantem suorum bonorum tempore mortis possessorum leget, l. 1. Ut quarta bonorum pars heredibus reservetur, inst: h. t. variè tamen cessat, utpote cum ad pias causas legatum. Nov: 121. cap

2, qui

2. quid jus nostrum hoc in casu videt: cap: 14. §. 2. *Kyrt B.* quantum in jure nostro legare licet, videatur cap: 19. *St. L. Erff. B.*

Dispositio enim testatoris facit cessare dispositionem legis.

33. *Not.* Priusquam habeatur ratio legis falc: ex lato patrimonio æs alienum & impensa funebris deducenda. *Conf: c. 22. l. 19. 17. §. 2. St. L. Erff. B.*

91. Cuius debitor solvendo non est, tantum habet in bonis, quantum exigere potest. l. 63.

Not. Lex

92. Cum dubium sit an locus sit Falcidie, & heres legatum solvat, tunc ei Prator hic succurrit, cogendo legatarium ad satisfaciendum, ut si impotenter probatum fuerit eum ultra legitimam legatum cepisse, id restituat, aliàs si non data cautio heres solvat, videtur probasse dispositionem defuncti, unde non comos de beneficium Falcidie implorare potest. L. 1.

Tit: 5.
Si cui plus quam per legem Falcidiam legatum esse dicatur.

93. Sicut heres per legem Falcidiam ex legatis, ita per hoc S. Consultum Trebellianum, (à consule Trebellio) ex fideicommissò universali deducit.

LIB. 36.

Tit: 1.
Ad S. C. Trebellianum & Pegasianum. *Cod. de du. 60. 48.*

deducit vel repetit, si solutū sit. *Tres*
bellianicam i. e. quartam bonorum
partem. Quid sit fideicommissaria
hereditas videbis disp: 2. th: 74.

Not. lex.

94. Quod ad ius publicum attinet, non se-
quitur ius potestatis. l. 14.

Tit: 2.

Quando die
legatos
rum aut fi-
deicommissi-
torum ces-
sat, codi-
6; 12.

95. Cedere diem legatorum aut
Fideic. dicimus, cum deberi, venire
verò diem, cum posse petis incipiunt
l. 213. de V. G.

96. Cedit itaq; dies purè legati
vel in diem certū (*licet peti non possit*)
à morte testatoris, ante enim nihil
debetur, cum voluntas usq; ad mor-
tem est ambulatoria.

97. Usus præcipuus hujus tituli
est, ut si dies legati cesserit ante mor-
tem legatarij, tunc legatum ad here-
des transfertur, secus si non cesserit.

Tit: 3.

Ut legato-
rum seu fi-
deicommissi-
torum ser-
vendorum
causa cave-
atur c. 6. 33.

98. Comprehensum hic est, quod
legatarij heredibus caveant, quoties
solutio legati vel fideicommissi differ-
tur, vel conditione pendente, aut die
non existente, ut quasi debitum non
sit. Tenentur etiam heredes ceteriq;
vicissim legatarijs satisfactionem da-

re ut quo tempore testator velit, legata dari, abiq. dolo dentur. l. 1.

99. Scire debetis fideicommissi quidem & legari satisfactionem remitti posse l. 7. cod. hic.

100. Si heres non præstiterit cautionem, tunc implorato officio Prætoris in possessionem rerum hereditariarum legatarius vel fideicommissarius mittitur, non tamen ut eum expellat, sed cum eo res custodiat. L. 5. in pr.

Not. Lex

Tit. 4.

Uti in possessione legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa esse licet. cod.

6. 35a

COROLLARIA I. Ethica.

De TEMPERANTIA.

Temperantia est virtus mor. voluptates præcipue gustus & tactus ad debitam modicitatem revocans.

2. Utrum Temperantia versetur circa omnes voluptates? *N.* Non enim proprie circa animi vel auditus aut olfactus voluptates.

3. An sit virtus à cæteris distincta? *Aff.*

4. An omnibus hominibus eadē cibi ac potus mensura prædefinienda sit, ut temperantiam servent? *N.*

Si Aut

5. *An ulla Ebrietas honesta esse possit
& excusabilis? Dist.*

6. *Utrum ebrius flagitium committens
minore poena afficiendus, quam sobrius
commisisset? Affirm. D.*

II. Politica.

DE LEGIBUS. I.

Lex est decretum à Magistratu latum
præcipiens honesta ac prohibens turpia, ut
salva sit Resp.

2. *An iustæ leges humanæ obligent con-
scientiam? Affirm.*

3. *An leges Mosaicæ forenses ac cere-
moniales Christianæ politiæ in N. T. neces-
sariò servandæ? N. D.*

4. *An iudex secundum conscientiam su-
am an verò acta & probanda iudicare teneat-
ur? R. iudicandum secundum acta & pro-
bata, nunquam tamen contra conscientiam
& veritatem sibi cognitam.*

5. *Utrum iudex inter iudicandum magis
æquitatem quam strictum jus sequatur? Aff.*